

## Alte Drucke

**MARCELLI || PALINGENII STEL-||lari Poëtæ doctissimi ||  
Zodiacus vitæ, || hoc est, || De Hominis vita, studio, ac  
mo-||ribus optimè instituendis || ...**

**Palingènio Stellato, Marcello**

**Lugduni, 1559**

**LIBER VIII. SCORPIVS.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154881**

Tu verò hic iam Musa tace: mox quum volet ille,  
 Qui mea labra mouet, mecum scrutabere causas  
 Rerum quas fieri sub lunari orbe videmus,  
 Contingant fato, an nulla ratione ferantur.  
 Interea dum sol Nemei terga leonis  
 Torret, et insane sub opaca fronde cicadæ  
 Ingeminant raucos strepitus, quæramus in umbra  
 Aut lauri aut myrti suauem spirantis odorem,  
 Propter aque crepitantis iter pimplea quietem.  
 Ipsa quies animum reficit, renocatq; vigorem. 10  
 Mox ubi regressæ fuerint post otia vires,  
 Rursus ad altisonos (adsis modò diua, tuoq;  
 Numine me fueas) tentabo accedere cantus.  
 Et si fortè mihi vultu fortuna benigno  
 Auxilium tulerit, longos miserata labores,  
 Pauperiemq; procul, curasq; fugarit amaras:  
 Totus ero tecum, tuaq; intra limina semper  
 Versabor, sola hæc fuerint solatia nobis:  
 Tunc Aganippæs vbertim explebimus undis,  
 Insuetumq; melos Cirphæa in rupe canemus. 20

## LIBER VIII.

SCORPIVS.



VR tam diuerso mortalia tramite per-  
 gant,  
 Hæc in honore euum ducant fæliciter,  
 illa  
 In tenebris iaceant, multo vexata labore:  
Pieri

Pieri pulchra doce, tibi enim fas nosse deorum  
Consilia & rerum causas aperire latentes.  
Sunt qui cuncta putent cæco contingere casu,  
Nec mundum ratione regi : quod plurima cernunt  
Indignis decorata bonis, & plurima contrâ  
Indignis agitata malis, discrimine nullo  
Prudentes iustosq; premi, regnare scelestos,  
Virtuti vitium preferri, & templa creare  
Fulminibus, prodeesse etiam sua crimina multis.  
10 Talia cum fieri videant, pars maxima credunt  
Aut non esse deos, aut illos spernere quicquid  
In terris fiat, soliq; incumbere cœlo.  
Hinc temere, incertoq; aiunt fieri omnia casu.  
Ast aliqui tibi dant regimen Fortuna, vocantq;  
Te dominam rerum, mortalia sceptra tenentem,  
Instabiliq; rota versantem cuncta proterue,  
Erexitq; aras tibi quondam ignara vetustas,  
Et cecidit votina tuis sape hostia sacris,  
Non desunt quoq; qui committant omnia fatis,  
20 Et credant certis fatorum legibus orbem  
Disponi atq; regi, eterno stabiliq; putantes  
Ordine ceu choreas & pompas cuncta moueri,  
Cuiq; suas partes tribui, ac si fabula agatur.  
Quas implere opus est, dum totum transigat ænum.  
Utilis est certe, & pulcherrima, difficilisq;  
Questio, nec nostris prætermittenda camœnis.  
Nunc igitur primum dicamus, quod sine causa  
Esse potest nihil, aut fieri, sed causa necesse est

Ut suo ab effectu distet, diuersaque res sunt:  
 Quandoquidem nil se gignit, nil prouenit a se,  
 Nilque; sui causa esse potest. ergo infinitus  
 In causis processus erit? minimè: sed oportet  
 Nimurum esse aliquid primū, a quo maximus ordo  
 Causarum incipiat, qui a summo tendit ad imum.  
 Hanc igitur seriem causarum, dicimus esse  
 Fatum: quod Deus ipse semel quasi fatus, ut ista  
 Omnia sic fierent, decreuit lege perenni.  
 Sed quo quæque; magis causa est contermina primæ,  
 Et vicina, hoc est alijs mage digna, potensque;  
 Subiectasque; sibi mouet, ac dominatur eisdem.  
 Ens primum causa est, et non effectus: at imum  
 Effectus tantum debet, non causa vocari.  
 Quæ media existunt, his nomen adheret virtutique;  
 Quod si causarum non esset nexus et ordo  
 Perpetuus, si alia ex alia non pendeat (ac si  
 A summo iunctis nodis ducatur olympos  
 Longa catena, usque; ad nigri regna infima Ditis,  
 Quod dictu absurdum est) plura uno prima dabuntur 20  
 Principia, et cause prime multæ inuenientur.  
 Tunc discordabunt inter se, ac magna ciebunt  
 Prælia tot reges, quia regni summa potestas  
 Non patitur plures. sic mundus non erit unus,  
 Nec pulcher: namque; est ordo pulcherrima rerum.  
 Sed dicet fortasse aliquis: descendere ab uno  
 Principio rerum summo plures signul, inter  
 Sese distinctas causas, ut solis ab orbe

Plur

Plures emanant radij, discrimine quodam  
 Disuncti, quorum non hic dependet ab illo,  
 Sed pariter cuncti à fonte egrediuntur eodem:  
 Sic non esse opus ut pugnent, seseq; vicissim  
 Impediant: siquidem via non est omnibus una.  
 Non modus hic malus est, non hęc sententia multū  
 Displicet. at forsitan vera est, tamen aspiciamus  
 Interius, procul excusis à mente tenebris.

Quippe humana nequit mens lucem attingere veris  
 10 Tam citò, tam facile, & falli solet ipsa frequenter.  
 Hinc tam diuersæ seclæ, & contraria dicta.

Hic ait, ille negat: propria est ita opinio nobis,  
 Ut diuis ratio: certi mortalibus est nil.

Ergo si plures causæ sunt immediatè  
 A prima, ut dictu est: quero, an sit qualibet æquè  
 Perfecta, haud ullus tunc ordo patebit in illis.  
 Nāq; ubi nil primū, & nullus gradus, aut discrimē  
 Cernitur, ordo illic poterit quoque nullus haberi.

In quoquis genere inuenies primum, mediumq;  
 20 Necnon postremum. genus est absq; ordine nullum.  
 At si non æquè perfecta est qualibet. ergo  
 Imperfictum aliquid Deus efficit? hoc mihi dictu  
 Difficile est: alijs possum concedere causis.

Quare unus prima causa tribuatur, & idem  
 Optimus, atque omni perfectus parte putetur  
 Effectus: reliquas autem, quo queque recedit  
 A prima magis, hoc plures, minus at perfectos  
 Crediderim facere: ut plures quoque gignere fructus

Arbor

Arbor non bona consuevit: sed deteriores.  
 Semper plura bonis mala sunt, & tristia letis.  
 Verum inter causas quo quæq; potentior, atq;  
 Altior est, hoc & vita & rationis habet plus,  
 Simpliciorq; eadem, magis & substantia pura est.  
 Inferior contrà quæcunq; est, debiliorq;  
 Posidet illa minus vita, minus & rationis,  
 Sed concreta magis, magis à substantia abhorrens.  
 Quod patet in terris: ubi paruo tempore durant  
 Omnia, ubi ratio apparet rix villa, ubi purum 10  
 Nil est, sed multis ex rebus omnia constant.  
 Mistæ & composita in terris sunt cunctæ, videri  
 Ut nusquam posit substantia: quin nihil ipsa  
 Penditur hic, solis honor obtingentibus illi est:  
 Conditur illa intus, cæcis abstracta latebris.  
 Hinc est, quod pluris bona corporis ac fortunæ  
 Fiunt, quam virtus animi. substantia namq; est  
 Fermè hominis virtus: at in hoc substantia mundo  
 Exulat. illi etenim patria, & domus, & sua sedes  
 Cælum: ubi habet fidos comites, verumq; bonumq; 20  
 Hoc igitur pacto ex causis contexitur orbis,  
 Ut dictum est, seruans aeterno fædere cunctæ:  
 Nec talem, nisi forte Deus, soluisse catenam  
 Villa potest vis, aut series immensa dierum.  
 Ex his quicquid erit, vel nunc est, vel fuit olim,  
 Exoritur causis: vires quibus omnibus ipse  
 Rex superiorem, certis metis, & tempore certo  
 Constituit, certisq; modis procedere iussit.

Atque

- At qui non nescire opus est, concurrere plures  
 Interdum causas, ut quicquam fiat ab illis.  
 Contingit tamen haud temerè hic concursus, et ista  
 Mistio causarum: sed fatorum ordine certo  
 Cuncta meant, certis subiecit legibus omnia  
 Omnipotens ille astriferi faber amphitheatri,  
 Mensuramq; dedit rebus, quascunq; creavit.  
 Quare non verum est quod nonnulli afferuere,  
 Esse nihil certi in rebus, contingere casu
- 10 Omnia, nec curare deum mortalia quenquam.  
 Errant nimirum quibus hæc sententia adhæsit.  
 Quandoquidem casus nihil est, nisi opinio quædam  
 Futilis, haud multum distans ab imagine somni:  
 Quicquid Aristoteles, vel quiuis dicat, eorum  
 Dicta nihil moror, à vero quum fortè recedunt.  
 Sæpe graues magnosq; viros, famaq; verendos,  
 Errare & labi contingit, plurima secum  
 Ingenia in tenebras consuerunt nominis alti  
 Autores, ubi conniuenter, deducere easdem:
- 20 Tantum exempla valent, adeò est imitabilis error.  
 Nemo putet sibi me addic̄tū. mili flectere mentem  
 Sola solet ratio, ratio dux fida sophorum est:  
 Hanc scrutator amet veri, in primisq; sequatur.  
 Quòd vero casus nil sit, me credere cogit  
 Ipsa rata atq; potens ratio. nam si omnia certis  
 ( Ut dictum est) causis, certo ordine, tempore certo  
 Supremi iussio rectoris progrediuntur:  
 Quo sit perfectus mundus, ne noxius error

o

Tant

Tantum soluat opus, quam sedem casus habebit?  
 Ambiguus, varius, Vertumnū et Prothea vincens?  
 Ut vacuum, sic ex casum natura recusat.  
 Incertum in mundo nihil est, sunt omnia certa:  
 Ipse Deus, natura, ether, elementa, & ab illis  
Quicquid vel factum est, vel sit, vel fiet in eum.  
 At si quid foret incertum, non omnia certe  
 Mens sciret diuina, aliquis cadet error in illam:  
 Quod dictu absurdum est. nā qui facit omnia, nouit  
 Omnia, nilq; potest ipsum villa ex parte latere. 10  
 Quanquam aliqui dicunt: quòd si mortalia nosset  
 Etherei mens illa patris, vilesceret. atqui  
 Errant. nanq; malus nemo est, quia nō bona nonvit:  
 Nec vilis, quia non pretiosa intelligit: albus  
 Non fit proinde aliquis, quòd rē bene percipit albā:  
 Nec sol deterior, quoties illustrat iniquos:  
 Nec quia fortè lumen radijs ferit, est ideo ipse  
 Fœdus: non sordet lumen, quum sordida tangit.  
 Sic non vilescit, quum vilia fortè capit mens:  
 Imò decet nouisse malum, at fecisse nefandum est. 20  
 Ergo Deus nihil ignorat, scitq; omnia quæ sunt,  
 Quæq; fuere olim, ex quæ mox ventura supersunt,  
 Quæ nisi certa forent, sciri non posse fatendum est.  
 De certis etenim tantum ipsa scientia habetur.  
 Quinetiam rates, referunt si quando futura,  
 Predicunt certosq; dies, & nomina rerum  
 Certa canunt: quod non fieret, nisi quæq; futura  
 Certa forent, veluti quæ sunt, quæ & præterierunt.

Acta

Attamen hic fieri casū nonnulla videntur:  
 vt si imbrex deiecta alto de culmine tecti,  
 Vi boreæ quenquam feriat: vel si quis opertos  
 Thesauros reperit, puteum dum defodit altè:  
 Talia nimirum casū contingere vulgus  
 Autumat. ast eadem non est sententia nobis.  
 Nam licet eueniant præter spem talia multa,  
 Incertis nobis atq; imprudentibus: ergo  
 Propterea in rebus debemus ponere casū?  
 10 Nostrum scire quidem, aut nescire, nihil variat res.  
 Non est proinde ignis calidus, nix alba, nitens sol,  
 Quod scimus sic esse: imò magis ordine verso.  
 Nascitur ex ipsis humana scientia rebus:  
 Atq; ideo scimus sic esse, quod ipsa ita res est,  
 Et mens nostra potest falli, non res. ego de re  
 Nunc loquor, & quero an casus dominetur in illā.  
 Nec mihi nunc curæ est, fieri rem nec 'ne sciamus.  
 In nobis igitur tantùm, non rebus in ipsis  
 Est casus: quoniam fieri casū illa putamus,  
 20 Quorum causa latet nos, ipsis cognita diuis.  
 Omnia certa igitur. nam motu semper eodem  
 Versatur cælum, atq; eadem nascuntur eisdem  
 Seminibus semper, semperq; elementa tenorem  
 Ipsa suum seruant: & partes annus easdem  
 Semper habet. siquidem post ver, feruentior astas  
 Exemplò subit, hanc pomis comitatus & viuis  
 Autumnus sequitur, post quem sua frigora secum  
 Dicit hyems, gelidisq; aquilonibus omnia torpent.

Non herbæ mutant vires: animalia semper  
 Ex ipsis constant membris, & moribus ipsis.  
 Nec fieri aut errore, aut casu monstrata putandum,  
 Cum certas habeant causas, ut tristia monstrarent:  
 Vnde illis nomen, quare & portenta vocantur.  
 Sponte sua haec natura facit: quæ sepe iocatur  
 Informes edens partus, ludicra creando:  
 Ut pictor, qui causa animi quandoq; figuræ  
 (Sit licet ipse opifex bonus, egregiusq; magister)  
 Gibbosæ, naso ingenti, labroq; tumenti,  
 Pingit: digna satis vano spectacula vulgo.  
 Ergo cuncta modo cum fiant semper eodem,  
 Rarus & instabilis casus, nil iuris in orbe  
 Prorsus habet: quem summa Dei sapiëtia torquet:  
 Ut facile agnoscat, qui quam miro ordine, quamq;  
 Perpetuo, quam concinne & benè machina mundi  
 Condita sit, secum reputet: quam membra animatum  
 Sint proprijs aptisq; locis disposita, suisq;  
 Vilia officij, & conuenientia pulchre:  
 Quam nihil incassum faciat natura, Deusq;.  
 Qui secum haec reputat, non casu, sed ratione,  
 Consilio, iussuq; Dei fieri omnia dicet.  
 Sed nunquid fortuna regit mortalia, sicut  
 Non pauci credunt: pulchrum et laudabile scitu est  
 Hoc quoq; quare animi vires luc flectere oportet.  
 Ipsa tamen fortuna prius cognoscere quid sit,  
 Est operæ pretium, prisci coluere, putantes  
 Esse deam quandam, terris cæloq; potentem:

Atq;

Atq; illi struxere aras, & vota tulere.  
 Ast ego non reor esse deam, nec cœlicolarum  
 Fœmina vel mas est quisquam. nam sexus ab illis  
 Prorsus abest : nec gignuntur, nec morte teruntur,  
 Ut quidam cecinere olim : fortasse putantes  
 Esse deos nōstris similes. ô pectora cœca,  
 O capita anticyræ succis curanda meracis.  
 Creditis esse deos, vt nos? thalamosq; dearum  
 Ingressos, blando compressū gignere prolem?  
 Ergo deum quendam potius dicamus, & imum  
 Degeneremq;, ideo terræ pelagiq; tenentem  
 Vilia regna, vbi tot sunt crimina, totq; dolores,  
 Tot pestes, vbi nil tutum : namq; insidiarum  
 Omnia sunt plena & fraudum. Deus iste vocatur  
 A Christo & Paulo princeps mudi huius. eundem  
 Laurigeri appellant Ditem, ac Plutona poëtae,  
 Qui stultis fauet atq; malis, insontibus asper.  
 Hec domus, hæc sedes, hæc tali digna tyranno  
 Regia, quem vulgo fortunam dicimus. atqui  
 Omne malum est infra lunam : nox atra, procellæ  
 Terribiles, frigus, calor, importuna senectus,  
 Pauperies malesuada, labor, dolor, improbitas, mors.  
 Supra autem lunam, lucis sunt omnia plena,  
 Necnon letitiae & pacis, non tempus, & error,  
 Et mors, & senium est illuc, & inutile quicquim.  
 Fœlix, ô nimium fœlix, cui sedibus illis  
 Tam pulchris, & tam iucundis, tamq; beatis  
 Viuere concessum est supremi munere Regis.

Caterūm opinantur quidam, plenum esse Deorum  
 Mundum hunc, & multos ipsorum degere ritam.  
 Aēris in campis latis, quos demonas Argi  
 Indigitant, curāq; hominū gerere atq; animantium,  
 Quotquot alit tellus, & naufraga Amphitrite:  
 Arbitrioq; suo bona vel mala tradere, honores,  
 Gaudia, diuitias, atq; his contraria. quare  
 Grande operæ pretium est, illis vtcung; placere  
 Quod fieri ex sacris & carmine et arte magorum  
 Censent nonnulli: ac nobis (modò ritè vocentur) 10  
 Apparere aiunt, nostrisq; adsistere votis:  
 Nilq; homini melius contingere posse, nihilq;  
 Dulcissim in vita, quam conuersarier istis  
 Cum dijs, præsentes affari, audire loquentes:  
 Quod certè paucis mortalibus arbitror esse  
 Concessum: ius tu tamen, & qui desidiose  
 Illecebras carnis, lasciuaq; gaudia temnunt,  
 Terrenasq; abrigunt curas, cœlestia tantum  
 Mirantes, tantumq; pium reclumq; colentes.  
 Quanquā etiā sunt qui credant, hos dæmonas inter 20  
 Esse malos quosdam, atq; malis parere, coactos  
 Carminibus magicis, fieri q; hoc plurima pacto  
 Turpia, nil moror hoc, nec nunc locus: ultima solis  
 Sydera, squammosis radiantia fratribus, istud  
 Forsttan expedient, ubi de dijs plurima dicam,  
 Si Deus ipse volet, qui nunc mihi carmina dictat.  
 Missa ergo hæc faciamus. ego vix credere possum,  
 Esse Deum quæquam prauum. sapientia nunquam .

Pec

Peccatum parit: at contrà est insectitia mater  
Erroris, culpæ, & sceleris: mihi nemo videtur  
Spōre malus: vult nanq; bonum sibi queq; voluntas  
Semper, iudicio nisi falso decipiatur.

At dæmon sapit, id nomen si conuenit illi,  
Verū vt cunq; sit, aut terras fortuna gubernet,  
Dæmones aut ipse humanas moderentur habenas,  
Nil extra fatum est, metiturq; omnia summi  
Mens regis, cuius sine numine fit nihil vsquam.

20 Sed dubium ex dictis oritur, nodusq; profecto  
Difficilis, qualem Alcides vix, aut Macedum rex  
Soleret: hoc multorum animi turbantur, & heret.  
Nam si cuncta iubet fatum, & fieri illa necesse est:  
Libera non nobis, non dijs est ipsa voluntas:  
Tollitur arbitrium prorsus, nec præmia virtus,  
Nec pœnas vitium (quod dictu est turpe) meretur.  
De dijs non locus est nunc dicere: sed speculemur.  
De nobis quid sit, deq; his quæ subdita nostro  
Sunt generi, & possunt humana luce videri.

20 Dico igitur quod in his, quæ sub ditione locantur  
Fortunæ, nihil est sine fati numine nobis.  
Divitiæ siquidem, solatia, gaudia, honores,  
Imperia, ex alto veniunt: nec nostra voluntas  
Hæc tribuit, quis enim nollet sibi talia? sed nil  
Velle iuuat, potiusq; nocet, si fata repugnant.  
Quam multi fatis inuitis tendere sursum  
Conantur, magis atq; magis, sed ad ima recurrent  
Semper, & augescunt fato aduersante ruine:

Contrà illi quibus astra fuent, vlo absq; labore  
Nec sperata quidem sed sponte oblata, frequenter  
Commoda percipiunt: quorum Rhannusia rete,  
Dum stertunt, multo distentum pisce reducit.

En aliquos claro de patre ac diuite nasci  
Cernimus, atq; frui primo cùm lacte repertis  
Delicys, & nutriti in fastigia rerum.

Vt præsent alijs, indigni sepe regantq;  
Ipſi oculis capti luscios, viuantq; licenter.

Aſt aliqui obſcuris miseriſq; parentibus orti,

In pœnam ex lacrymas magnum cassumq; laborem

Aſsiduè tolerant, nullaq; expellere possunt

Sedulitate famem, semperq; in fôrdibus harent.

Quis neget hæc fatis contingere dama ſinistris?

Sunt formosi, agiles, robusti corpore, muli:

Muli etiam turpes, egri, imbellesq; creatur:

Vnde iſtud? nunquid meritis, aut crimine noſtro

Aut noſtro arbitrio fieri dicemus? ab ipſo

Nimirum hæc veniunt mortalibus omnia fato.

Deniq; ius rerum noſtrarum ex corporis huius,

Fatū habet: eſt penes hoc etenim genu, horaq; moris.

Hic laço, hic ferro, hic flāmia, hic frigore, hic vndis,

Ille fame, ille cibo moritur: multiq; dolore,

Aut morbo, aut caſu intereunt, ſenio ue fatiſcunt.

Certa dies lethi eſt cunctis, diſcrimina nulla

E tatis: nec fas viuendo excedere metas,

Præſcripsit tetrici quas cuiq; potentia fuſi.

Sic perit Scirpo magni laudator Achillis:

Sic

Sic olim, dum trinacrijs spaciatur in oris  
Æschylus, occubit valido testudinis ictu.

Sic passæ, Anacreon, te granum perdidit vnde.  
Heu quot habet mors seu via, artesq; nocendi,  
Quo magis esse procul creditur, magis imminet. vnde  
Certius est quam mors, quam mors incertius est nil.

Nonnulli tamen astrorum qui noscere vires,

Et magni secreta poli pertingere possunt:  
Fatidici ratus etiam, qui numine pleni

10 Nescio quo, ventura vident: prædicere mortis  
Sæpè solent genus atq; diem, quia certa futuri  
Natura est, reluti presentis præteritiq;  
Certas, inquam, in causa, prima, causisq; secundis,  
Quæ nexu longo à prima extenduntur ad imam.  
Ast animi quæ sunt bona vel mala, nūquid ab ipso  
Proueniunt fato? ingenium ac doctrina videntur  
Hinc manare: etenim poterit quis discere, si non  
Polleat ingenio, ac vires natura ministret,  
Si fortuna obstat, vel prauo in corpore languor?

20 Hic rhetor, sophus ille, alius mysteria diuūm  
Sydereasue plagas querit: sunt et quibus vnde  
Castaliae, vili cum paupertate bibatur,  
Et placeat cognita fami dulcissima fama: forte sic.  
Hic studia vnde fluunt: à rerum præside fato,  
Hinc omnes artes, et munia diffunduntur.  
Diuersis etenim gaudet natura ministris,  
Ut fieri diuersa queant, ornantia terras:  
Nec patitur cunctos ad eandem currere metam,

o s sed

Sed varias iubet ire vias, variisq; labores  
 Suscipere, ut vario cultu sit pulchrior orbis.  
An verò mores fatum, vel nostra voluntas  
In nobis pariat, permagni inquirere refert:  
 Nec parvus labor est, hac in re tangere verum.  
Arbitriū certè remanet quota portio nostri?  
Actum est de nobis, libertas prorsus adempta est  
Humano generi, si fatus summa potestas  
Esse malos cogat nos, inuitiq; trahamur  
In scelus, & nulla liceat ratione reniti. 10  
Quare operæ pretium est, hoc totā intendere mente:  
Et quantum Deus ipse sinit, verum excutiamus.  
Principio arbitrium quid sit, nos dicere oportet.  
Arbitriū est, homini data libera & ampla potestas  
Ab Iove, quæ libeant iusta aut iniusta sequendi:  
 Non ideo tamen ut pecket, virtute relitta:  
 Sed contrà, ut vitium vitans incumbat honesto.  
 Nam malefacta nocent, laude benefacta merentur.  
Querendum vltierius, nunquid sit in omnibus æquè  
Arbitrium? nunquid quocunq; in tempore duret? 20  
 Non certè in pueris, nec in illis esse videtur  
Quos animi vehemens nimium vel corporis angit  
Morbus, vel quorum sopor occupat altus ocellos:  
Quandoquidem somnus mortis perhibetur imago.  
Quare si verum subtili indagine queras,  
Inuenies paucos inter tot millia, qui se  
Arbitrio moueant, & libertate fruantur.  
Etatis culpam mitto, puerilibus annis

1210

Ignosco: & veniam damus his quoq; lumina quorum  
 Leihens pressit sopor, aut quos feruida torret  
 Febris, vel morbi stimulat vis durius æquo.  
 Magna quidem turba hæc: sed longè maior eorum,  
 Longè & deterior, quorum mens oblita fædis  
 Criminibus, morbisq; animi labefacta recedit  
 A ratione procul, rectoq; à tramite rite.  
 Nunquid habent isti arbitriū? aut dicenda volūtas  
 Libera in his? nempe ambigū est, multiq; negarūt.  
 10 Vnde aduertendum, quod liber solus haberi  
 Debet, qui recta regitur ratione, nec ullo  
 Vincitur affectu: nec ventorum impete vasto  
 Fertur in vndifragos scopulos, sed fortiter obstat,  
 Intrepidusq; hæret clavō, portumq; capesit.  
 Recte igitur quidam, liber solus sapiens est,  
 Dixere: hic etenim solus ratione magistra  
 Castigat motus animi, sensumq; rebellem:  
 Cætera turba nequit facere hoc. cur? an deus illis  
 Non dedit arbitrium? ratio est vbiq; profecto  
 20 Est ibi & arbitrium: semperq; hæc iuncta cohærent.  
 Atq; ideo pecudes, quoniam ratione carere  
 Creduntur, nullum arbitrium dicuntur habere.  
 Est hominum cuius ratio data fertur, in ipsis  
 Omnibus idcirco arbitrium quoq; creditur esse.  
 Est autem ratio lumen quoddam, atq; animi vis,  
 Qua curuum à recto secernimus, atq; ab honesto  
 Turpe, oculusq; solet mentis quandoq; vocari:  
 Qualem oculum fortasse tibi Polyphæme fuisse

Signi

Significant rates, quo laetitia membra videbas  
 Dilecta liquido ludentis in aequore nymphae.  
 Sed malus (heu) malus hunc, vrenti stipite Ulysses  
 (Quis poterit cauisse malos?) extinxit, et ora,  
 Ora prius formosa, suo spoliauit honore.  
 Qualem oculū Lynceus habuit quoq; nubila solus  
 Qui penetrans visu noctem vincebat opacam.  
 Hunc igitur cunctis oculum mortalibus aequè  
 Distribuit figuli sapientia summa Promethei:  
 Sed pauci vtuntur, pauci quos aequus amauit      10  
 Iuppiter: hinc tantæ errorum scelerumq; scatæbræ.  
 Num si omnes rationis iter sequeretur ad vnguem,  
 Pax foret in terris æterna, et Martius ensis  
 Non tantas passim clades, tantosq; cieret  
 (Heu) fletus, starentq; suis cum mænibus urbes:  
 Armaq; tartareis primum confitata caminis,  
 Et primum stygijs inuenta sororibus, agros  
 Excoherent, rigidæ mutata ligonis in vsum:  
 Tunc et apes, et ruris opes, pecudesq; beatis  
 Agricolis largè affluenter, ac secla redirent      20  
 Aurea, et vna domus diuosq; hominesq; teneret,  
 Seq; oculis nostris paterentur numina cerni.  
 Cur autem pauci vtantur ratione, sequentes  
 Auia, et arbitrium nullum videantur habere,  
 Viuentes pecudum ritu, pro viribus edam.  
 Est quiddam in nobis diuinum, mensq; vocatur,  
 Ac ratio: id capite in summo natura locauit.  
 Atq; illi voluit famulos aſſisterē sensus,

Quor

Quorum opera cœlū, terras, mare, & omnia posset  
Percipere immenso que comprehenduntur ab orbe.  
Est aliud quiddam mortale in pectore clausum,  
Cuius ope augemur, vegetamurq; igne ministro:  
(Sic placitū est superis) hoc mentē hostiliter urget,  
Detrahit, infestat, turbat: multusq; satelles  
Huic etiam parti non deest, ignava voluptas,  
tra, dolor, metus, atq; timor, simul ardor habendi  
Improbus, ambitioq; nocens, caput obsita fumo.

- 10 His igitur famulis, hoc milite, prælia menti  
Infert: hi sunt qui summo conantur olymbo  
Deturbare Iouem, insignes feritate Gigantes,  
Iapetusq; Gygesq; ferox, tumidusq; Typhoeus,  
Hortatorq; mali Enceladus, Briareusq; timendus:  
Scilicet ingeñis curarum molibus, angunt  
Diuinum in summo positum, nisi fulminis instar  
Gratia præsto adsit, cœlo delapsa supremo.  
Nam semel amissis ubi præceps currus habenis  
Effudit sede, ac vehemens trahit impetus illum,  
20 Nequicquam retinere volens auriga laborat:  
Principys obstatre opus est: quum parua fauilla  
Languebat adhuc: postquam creuere incendia, iamq;  
Flamma furens teclō erumpit, cœloq; propinquat,  
Præsertim Boreæ si flabra ruentis ab arcto  
Immineant, (heu) frustra vndas vicinia clamet.  
Quum semel ex alta saxum rupe exilit ingens,  
Quis retinere queat? secum trahit omnia, saltu  
Perfringens rapido cognatas montibus ornos.

At prius exiguo poterat molimine sisti.  
 Sic motus animi, si totis viribus ipsam  
 Inuadunt mentem, vix (heu) vix tendere contrâ  
 Infelix audet ratio: clauoq; relicto  
 Perfluctus agitur, latè bacchantibus Euris,  
 Datq; manus plerunq; hosti, & captiuâ tenetur.  
 Ergo dum noua sunt vitiorum semina, cautus  
 Opprime quamprimum, & causas auerte, priusquam  
 Præcipites: tunc arbitrium, tunc libera mens est,  
 Victor idumæis tunc exornabere palmis. 10  
 At si iam cœpta est pugna, & iam concutit arcem  
 Hostis atrox, valido labefactans ariete muros:  
 Crede mibi, nisi quis Deus adsit numine dextro,  
 Succumbit ratio, & tantos non sustinet iclus.  
 Nónne vides, menti quantum liquor obfit Iacchus?  
 Quas sepe immittat furias, si plus satis intret  
 In stomachū merus? arbitriū dic est ubi, postquam  
 Ebrietas caput inuasit, fumisq; repleuit?  
 Sobrius arbitrium tenet, ac iejunus, agitq;  
 Id quodcunq; iubet ratio: contrâ, ebrius illa 20  
 Quæ nolet nescitq; facit, mox pœnitet, in se  
 Quum rediit, multoq; dolet sua facta pudore.  
 Ebria sic mens affectu fit, nec minus ac si  
 Ascendat temeti vapor, inuertatq; cerebrum,  
 Turbatur misera, & nebulis inuoluitur atris.  
 Quocirca est solus liber, solusq; profecto  
 Posset arbitrium, ratio quem sola gubernat:  
 Qui affectus omnes superat, singitq; premendo,

Hac

- Hoc poterit facere, à primis qui insueuerit annis  
 Virtuti, atq; bonas iam pridem inuaserit artes.  
 Usque adeo valet r̄sus, & est nil fortius r̄su.  
 Cætera turba agitur pecudum ritu: vnde poëtam  
 Iure puto dixisse, Trahit sua quenq; voluptas.  
 Arbitrium multis oppressum atq; indupeditum est.  
 Ergo qui verè liber cupit esse, resistat  
 Cūm primum incipiunt, affectibus, & rationi  
 Illos subiçiat, semperq; vtatur habens.  
 10 Namq; caro aduersus mentem consurgit, & illam  
 Continuo exercet bello. leuis astra petit mens:  
 At grauis astra caro refugit, terrenaq; tantum  
 Appetit: est etenim terra, in terramq; redibit.  
 Sic duo tam diuersa, Deus compegit in unum.  
 Esto autem quod sis sapiens, solaq; regaris  
 (vt dixi) ratione, habeas & liberum ad vnguem  
 Arbitrium: nunquid vi tunc agitabere fati?  
 Imò magis fato tunc subiçteris & illi  
 Parebis: siquidem fatum est diuina voluntas,  
 20 Cum qua vir sapiens concordat semper. & eius  
 Iussa facit: contrà insipiens atq; improbus, horret  
 Ac refugit præcepta Dei ceruice superba.  
 At dices: ergo est liber, nec vincula fati  
 Villa tenet? non: sed dominis peioribus atq;  
 Infandis seruit, sceleri, scelerisq; sorori  
 Stultitiae, quamquam hoc etiam diuina voluntas:  
 Sed quæ permittit, non quæ iubet (est quia duplex)  
 Efficit. vnde patet, cuncta esse obnoxia fato:

Sext

Seu bona, seu mala sint. namq; hæc permittit, at illa  
Vult fieri fatum, & fati Deus optimus autor.  
Talibus admoniti quidam rationibus, aiunt:  
Viuite mortales læti, dum stamina nostra  
Net Lachesis, tristesq; animo depellite curas,  
Neu vos sollicitent præsentia, né ve futura:  
Lege etenim stabili fiunt, certo ordine cuncta  
Procedunt, cur vos dolor aut metus urget inanis?  
Sors sua cuiq; data est, scriptamq; in peccatore gestat  
Quisq; suo, ignorans quæ sit, verum explicat illam 10  
Paulatim ipsa dies, atq; experiundo patescit.  
Quid gemitu aut lacrymis opus est? cœlestia retro  
Corpora non remeant, non est mutabile quicquid  
Instituit semel ipse Deus. namq; optimus ordo,  
Et series perfecta, suum si forte tenorem  
Deserat, aut peior fiet (quod neutiq; fas est)  
Aut melior, sed perfecto perfectius est nil.  
Est aliud dubium magnum ac mirabile: nam si  
Omnia sunt (veluti modò dixi) obnoxia fato,  
Cur Deus hæc premit et cruciat? iōtrà, illa benigno 20  
Prospectat rutilu? cur non est omnibus æqua  
Conditio? cur hæc viuunt fælicius illis?  
Cur his blanda parens, illis natura nouerca est?  
Hunc igitur par est etiam dissoluere nodum.  
Multi hoc aut culpa, aut meritis contingere nostris  
Dixerunt: iussuq; Dei mala sōntibus esse,  
Et bona conferri iustis. ego non ita credo;  
Nec verum est. nam quid meruere expertia mentis  
Bruta?

Bruta? quid arboribus culpa vel criminis hæret?  
Sors tamen est illis multum diuersa, nec vno  
Versantur casu pecudes. nanque improbus illam  
Fur rapit, hanc laniat, pars ore luporum  
Interit, aut morbo, aut vndis, aut frigore vitam  
Exuit ante diem, quedam periere senecta:

Durior his etas agitur, iucundior illis.  
Sors diuersa etiam arboribus contingit, ab Euro  
Frangitur hæc, aut eruitur radicibus: illa

10 Cæditur in variis artes, aut pabula flammæ:  
Quedam fulmineo in præcps detruditur ictu.  
Piscibus atque feris, et rebus denique cunctis,  
Arbitrio fati sors est sua cuique tributa.  
Bruta tamen nunquam possunt peccare, nec arbos.  
Præterea plerunque bonis aduersa videmus  
Accidere, et iustos agitari sorte sinistra:  
Contra fortunam plerunque fauere scelestis  
Cernimus, ac magnos illis concedere honores.  
Non igitur meritis respondent munera fati.

20 Quare aliam potius causam indagare necesse est.  
Fortè aliquis dicet: causa est diuina voluntas:  
Nilq; ultra queret. non est satis istud, oportet  
Scrutari interius dubij penetralia veri.  
Non etenim cum sit Deus optimus et sapiens, vult  
Quicquam quod careat ratione: sed optima semper  
Eligit, atque iubet fieri diuina voluntas.  
Quocirca est aliter dicendum: quid causarum  
Quilibet à prima quo distat longius, hoc fit

Illi dissimilis magis, & magis vndeique discors.  
 Ergo cum Deus & simplex sit semper, & idem,  
 Ultima causarum quae distat maximè ab illo,  
 Et minimè simplex erit, & diuersa, suosq;  
 Effectus semper varios pro viribus edet.  
 Hec est quæ terras regit, & terrena gubernat.  
Idcirco in terris certi nil esse videtur:  
Quandoquidem variat semper fortune tenorem,  
Diverso gaudens mortalia voluere casu.  
Cur tan. en hunc potius, quam illū iubet esse beatū? 10  
Et cur huc potius quam illum pessundat & vrget?  
Cur onera huic, illi gratos largitur honores?  
Horum difficile est veram cognoscere causam,  
Nec minus ac si quis cupiat cognoscere, quare  
Ignis sit calidus, nix alba, absynthia amara:  
Qware hæc herba ob sit, iuinet illa: & quelibet arbos  
Cur tales habeat frondes? animalia cur hæc  
Callida sint, alia obtuso male prouida sensu?  
Cur paleas eleætra trahant, & pondera ferri  
Magnes, cur nequeat facere hoc adamâte ppinquo? 20  
Talia multa Deus tenebris inuoluit opacis,  
Constituitq; suos fines mortalibus, ultra  
Quos frustra humanū ingenium sensuq; laborat.  
Si figulus massam argille distinxit, & illam  
Distinctam in partes varias vult fingere, quare  
Hanc partē potius quam illā transformat in ollam,  
Aut patinā, aut scaphiū? cur ex hac fabricat vrnā,  
Ex illa vrceolum? nunquid ratione mouetur?

Aue

- Aut nulla est prorsus ratio, sed sola voluntas?*  
*Arbitrioq; suo (ut libuit) sic omnia fecit?*  
*Difficile est nimium artificis pernoscere mentem.*  
*Sic qui scire velit, cur hunc fortuna vel illum*  
*Aut premat, aut sursum tollat, nimis ardua querit;*  
*Terrarum siquidem est illi concessa potestas*  
*Maxima, & huic illam præfecit Iupiter orbi,*  
*Vt possit quocunq; libet facere : ordine fati*  
*Seruato tamen. aſſultant namq; omnia fati.*
- 10 *Cur igitur quæcunq; illi fecisse libebit,*  
*Non faciet iure? aut quæ lex iure arguet illam*  
*Num servi debent dominis imponere leges?*  
*Nos certè huic servi sumus, hic dū vivimus : & nos*  
*Iste potest quocunq; velit compellere dæmon.*  
*Non tamen in nostras animas dominatur, habet' ue*  
*Imperium, quando est animæ cælestis origo.*  
*Hanc solam excepit Deus à ditione tyranni,*  
*Cætera permisit quæ sunt terraq; mariq;*  
*Illi us arbitrio & fieri sinit omnia ab illo*
- 20 *Qualiaq; libet, iusta atq; iniusta licenter.*  
*Fortè aliquis dicet : Deus ergo est causa malorum,*  
*Iniustusq; potest dici nam qui facit, & qui*  
*Non prohibet fieri peccatum, dummodo possit,*  
*Committunt ambo scelus & què & peccat vterq;*  
*Supplicioq; pari dignum lex censet vtrunq;.*  
*Quare si Deus in terris mala tot patitur : si*  
*Cum possit prohibere, tamen non illa coercet:*  
*Esse mali causa, & sceleri assentire videtur.*

p 2 Huic

Huic etiam parti sum respondere paratus,  
 Si modò diuini radius mihi luminis adsit.  
 Est igitur primum sollerti mente notandum,  
 Quod causarum aliae sunt viles atq; minutæ,  
 Sunt aliae egregia & præstantes nobilitate,  
 Prepositæq; alijs : veluti quum exercitus ingens  
 Præfectos habet atq; duces, pars cætera grec est.  
 Has inquam causas primores egregias p;  
 Preposuit mundo, mira ratione modo q;  
 Maximus ille pater rerū, & dominus dominatum, 10  
 Immensam qui lucem habitat super extima mundi  
 Mœnia, & astriferos nutu circumuebit orbes.  
 His tribuens causis vires & munera, easdem  
 Limitibus certis, velut aggere circumsepsit,  
 Ne liceat cuiquam tales transcendere fines.  
Et quia dispositus sapienter cuncta, necesse est,  
Cuncti suum eterno cursu seruare tenorem.  
Nam quæcunq; semel rectè sunt facta, sine errore,  
Errone, hanc uero mutari tempore debent.  
 Est igitur prorsus rerum immutabilis ordo, 20  
 Quandoquidem rectè summus Deus omnia fecit.  
 Quare si dæmon qui terris præsidet, errat,  
 Aut malus est : hoc sit, quia causa est ultima, longè  
 A prima distans, longeque à luce remota:  
 Atq; ideo magis est cæcis vicina tenebris,  
 Duntaxat veri simulachro & cortice grudens.  
 Quam Deus idcirco patitur, qui i debitus ordo  
 Exigit hoc rerum, & magni perfectio mundi.

Nam

Nam veluti lucis spatiū determinat umbra,  
 Dantq; sibi finem contraria cuncta viciſſim:  
Sic caſarum etiam ſeriem numerumq; bonorum,  
Desinere in caſam prauam miſeramq; neceſſe eſt,  
Quæ miſeris prefit regnus, & praua gubernet.  
Hinc igitur veniunt, discordia, iurgia, rixæ,  
Prælia, bella, dolis fraudes, incendia, cædes,  
Furta, latrocinia, infidæ, penuria, pœſis,  
Diri terrarum motus, diræq; procellæ,

- 10 Tam multi morbi, tam multa & crebra pericla:  
 Et demum quodcunque mali contingit ubique,  
A cauſa hac miſera & terrarum principe manat.  
 Hei mihi, quam verè dixit ter maximus Hermes:  
Congeries mundus cunctorum eſt iste malorum.  
Nimirum, quoniam dæmon, qui prefidet orbis  
Terrarum malus eſt, ſeuaq; tyrranide gaudet.  
Ac veluti fons eſt cunctorum prima bonorum  
Cauſa: ita cunctorum fons eſt poſtrema malorum.  
Quare ſi in terris dominantur Sardanapali:  
 20 Si diadema tenent aſini ſub imagine regum:  
 Si tutela ouium curæ eſt commiſſa luporum:  
 Si in templis habitant meretrices atque cinædi:  
 Si Christi pia ſacra hodie manus impia trahat:  
 Si cupidus vendit cœlum & Phlegetonta ſacerdos:  
 Denique ſi impunè & paſſim tot turpia fiunt:  
 Non eſt culpa Dei ſummi, ſed dæmonis huius,  
Quem nos fortunā, quem etiam Plutona vocamus.  
Sarcotheus poſſet tamen apto nomine dici:

Quippe illi carnis ius arbitriumq; tributum est.  
 Huic igitur seruit, quicunque est carnis amator  
 Immodicus, corpusq; suum plus diligit aequo.  
 Corpora sunt huius, propter quod corpora semper  
 In vitium tendunt, animisq; inimica repugnant;  
 Cœlestis quoniam vis est et origo animorum,  
 Corpora sunt autem terrena, aduersaq; cœlo.  
 Ergo hic Sarcotheus, mundo qui præsidet imo,  
 Cœlestes homines, carnalia despiciens  
 Gaudia, virtuti addictos, animumq; colentes, 10  
 Odit, persequitur, stimulat, premit, impedit, angit,  
 Ut solet insanus princeps, seuisq; tyrannus  
 Infestus semper sapientibus esse bonisq;.  
 Suspecta est etenim prauis odiosaq; virtus.  
 Hostes quæque suos odere, timentq; cauentq;.  
 Atque ideo malus hic dæmon incomoda multa  
 Objicit his, quorum mens est sublimior, et qui  
 Cœlicolum sedes, naturaq; abdita querunt.  
 Nollet enim agnoscere: nam si bene cognitus esset,  
 Illum omnes scelerum patrem, nostriq; cruentum  
 Carnificem generis detestarentur, et omnes  
 Odissent meritum, ac maledictis insequerentur,  
 Crudelem, insanum, deceptoremq; vocantes.  
 Proinde latet ritu loliginis, et sapientes  
 Exosus refugit, ne cognoscatur ab illis:  
 Non metuit talpas, at lyncea lumina ritat.  
 Sic fures etiam faciunt, omnesq; scelesti,  
 Oderunt lucem, ac tenebris latentur opacis, 20  
 Vt

Vi sui non possint furtæ & malefacta videri.  
 Inde fit, ut quoties aduersi quid patiuntur  
 Mortales, rerum ignari, & caligine mentis  
 Oppressi (nanque errorum ignorantia ferme est  
 Cunctorum causa) irati queruliq; putantes  
 A summo sese vexari autore bonorum,  
 Deuoueant sanctum illius ac venerabile nomen:  
 Tunc malus exultat dæmon, furtimq; cachinnat,  
 Et gaudet se nesciri, & sua facta latere:  
 10 Et nocuisse tamen, sed non nocuisse videri.  
 Summi nanq; Dei est inimicus, & æmulus: à quo  
 Eiectus cælo, pressus claususq; tenetur  
 Lunam inter terrasq; graves, & regnat ibidem.  
 Quocirca ô miseri mortales, discite tandem  
 Que vestri sit causa mali, tot tristia vobis  
 Unde fluant, & carnificem cognoscite vestrum.  
 Nempe hic Sarcotheus, nèpē hic est qui cruciat vos,  
 Dulcia qui vestris damnis sibi gaudia querit:  
 Haud aliter quam cum proles mauortia terris  
 20 Iam domitis, iucunda sibi spectacula cæde  
 Quærebat miserorum hominum, vel cæde ferarum:  
 Ipse senator, eques, populus, diuersa manebant  
 Per loca diffusi, ut lex præcipiebat Othonis.  
 Ecce theatram ingressus gladiator arenam,  
 Aut alius sua membra feris lanianda daturus,  
 Vel leo vel tigris vel quævis bellua ludis  
 Opportuna aderat, delectatura Quirites  
 Morte sua, & fusio per vulnera crebra cruento.

Sæpe alijs dolor alterius solet esse voluptas.  
Quare pessimè agunt, qui verbis turpibus audent  
Irritare Deum summum, qui causa bonorum  
Cunctorum est, à quo per se proprièq; malo nil  
Esse potest vñquam, nisi contingenter: uti sol  
Producit tenebras, quoties descendit ad imos  
Antipodas, frigusq; absente creatur ab igni:  
Non tamen obscurus sol est, neque frigidus ignis.  
Vnde satis miror quosdam doctos alioqui  
Afferere, offendit atque irasci & sumere pœnas      10  
De nobis, illud summum verumq; bonumq;;  
Hinc bellum atq; famē & pestem prodire putantes.  
Offendi si posset enim mortalibus actis,  
Quid quæso in mundo foret infelicius illo?  
Quaque die atque horæ momento plurima fiunt  
Crimina, vbiq; hominum blasphemia turpis in ore.  
Sentitur: certè poterit requiescere nunquam,  
Nunquam latus erit: neque erit Deus ipse beatus,  
Si quoties peccant homines offenditur, & si  
Iniustis hominum factis dictisq; mouetur.      20  
Nimirum Deus offendit leuiue nequit, si  
Verum perspicimus. nam adeò perfecta potensq;  
Ipsius est natura Dei, tantumq; remota  
Sordibus à noslris, vt nos distemus ab illo  
Longius atque magis, quam à nobis distet asellus,  
Quam musca auti pulex, & quicquid vilius his est.  
Quomodo tam miseri & viles, offendere tantum  
Tamq; potens nume, vel lacerare possimus vñquam?  
Nonne

Nō me impassibilis Dēs est, penitusq; doloris  
 Expers: atque ideo aeternus, semperq; beatus?  
 Num decet irasci regem, si morio verbis  
 Indignis illum petat: an contemnere præstat?  
 Nunquid cum puerō decus est pugnare Giganti?  
 Præterea cūm sit sapiens, videatq; futura  
 Omnia: dic quæso, num debuit illa creare  
 Quæ sibi pōst nocitura forent, vnde ipse doleret?  
 Nōnne illum decuit, qui toti consulit orbi,  
 10 Consuluisse sibi? vel dic, si offenditur, an vult  
 Offendi? si vult, iam non offenditur, imo  
 Gaudet: si non vult, cur hoc permittit? an ipse  
 Non est omnipotens? certè est, omnesq; fatentur.  
 Deberet prohibere igitur, quod non facit: vnde  
 Vult ratio ut credam, nihil illum posse molesti  
 Sentire omnino, & tranquillam ducere vitam.  
 At dices: si non offensa irascitur vlla,  
 Curramus proni in vitium, in scelus omne ruamus.  
 Non sic: sed nostris aures nunc arrige dictis,  
 20 Recludamq; tibi iamiam penetralia veri:  
 Quando aliquis peccat, tunc sese abducit ab ipso  
 Fonte boni: rectum, lucem, pacemq; relinquens.  
 Vnde fit, ut peccans vltrò in sua damna feratur.  
 Quandoquidem talis natura est oppositorum,  
 Ut quanto refugis magis atque recedis ab uno,  
 Ad reliquum tanto accedas magis atq; propinquus.  
 Sic fugiens peccando Dēum, sese admouet ipsi  
 Sarcotheo: cuius postquam iuga seu recepit,

p 5 Affic.

Afficitur varijs pœnis, iussuq; tyranni  
 Nunc hoc nunc illo torquetur sèpe dolore.  
 Non impunè igitur cuiquam peccare licebit.  
 Quamvis nullorum posit Deus esse malorum  
 Causa, ut iam dictum est, per se, proprieq; : sed vltro,  
 Qui peccat, ruit in pœnam, & sua damna requirit,  
 Carnificiq; miser cruciandum se exhibet vltro.  
 At dubia hinc duo consurgunt satis ardua. nam si  
 Peccare est nobis nostrorum causa malorum,  
 Cur sèpe iniustus, sceleratus & impius, omnem 10  
 Letus agit vitam, & laudato funere finit?  
 Contra, vir bonus atque pius, mala plurima viens  
 Sustinet, & tandem miseranda morte recedit?  
 Præterea suprà ostensum est, planeq; probatum,  
 Non culpa aut meritis nostris contingere nobis  
 Vel bona vel mala, sed cuiusdam numine diui,  
 Qui mare, qui terras, quiq; aëra possidet imum.  
 Quomodo nunc igitur mihi met contraria dico?  
 Et mea nunc discors secum sententia pugnat?  
 Quisquis es, ô Lector, poteris dignoscere verum, 20  
 Atq; tuo tenebras animo procul ire videbis,  
 Si præbere aurem nostris dignabere dictis.  
 Ergo duplex scito esse bonum, vulgi ac sapientum:  
 Sicq; malum duplex. atqui sententia vulgi  
 Deterior semper: nam crassi hebetisq; cerebri est,  
 Iudicioq; caret. propter quod corporis & que  
 Fortuna bona sunt, sola hæc miratur & optat:  
 Ast animi bona vel nescit, vel friuola credit.

Contra

- Contrà autem sapiens, animi bona sola requirit,  
 Cæterà despiciens. quare sumus antè secuti  
 Iudicium vulgi, & vulgi de more locuti:  
 Nunc verò à vulgo sententia nostra recedit.  
 Deq; bono atque malo sapientum dicta probamus:  
 Sic non disidego mecum, aut contraria dico.  
 Tali igitur pacto asserimus, bona nulla scelestis,  
 Et iustis mala nulla quidem contingere posse.  
 Quod clarè ostendam, & clara ratione patebit.  
 10 Primum hoc scire opus est, vitiū quo dcunq; scelusq;  
 Esse animi quandam morbum: nec corpore solo  
 Aegrotant homines, animus quoq; vulnera sentit,  
 Nec leuiora quidem quàm corpus. quilibet ergo  
 Improbus, est æger. quippe illi est ægra voluntas,  
 Iudiciumq; ægrum, propter quod noxia prefert  
 Vtilibus, miser, & preponit turpia honestis.  
 Quòd si non ægra est illi mens, atque voluntas,  
 Improbus esse nequit: sed erit iustusq; piusq;  
 Hoc etenim solo discrimine distat ruerque  
 20 Ac veluti totum corpus male languet, rbi vlo  
 Hec duo leduntur morbo, cor atque cerebrum:  
 Sic (heu) sic animus totus male languet, rbi vlo  
 Hec duo leduntur vicio, mens atque voluntas.  
 Viq; cibus suavis stomacho languente videtur  
 Insuavis, prodestq; nihil, neque competit ægris:  
 Sic animo languente, boni nihil esse scelestis,  
 Nil prodesse potest. quod sic verum esse docebo.  
 Est aliquis, legum iuriisq; utriusq; peritus,

Sed

Sed rafra, iniustus, cupidus, contemptor honesti:  
 Quid sua quæso illi prodest doctrina? boni quid  
 Inde habet? heu miseros fallit, spoliatq; clientes,  
 Atque alios multos ludit, doctrina sceleris,  
 Est gladio insani similis: nam semper abutit  
 Improbus ipse solet rebus, quas possidet, unde  
 Fert alijs damnum, nomen sibi turpe, odiumq;  
 Quasq; serit spinas, pedibus saepe excipit ægris:  
 Vel saltē metuit, quos ledendo efficit hostes.  
 Ergo bona illius dicenda scientia, multis  
 Quæ nocet, ut sevus coluber: neque parcit habenti?  
 Sic de alijs dico doctrinis, quas habet ipse  
 Improbus: esse bona simili ratione negantur.  
 Sed malus est, diues, gemmis auroq; refertus:  
Divitiae ne bona illius? non. dic mihi, quare?  
 Ecce ego iam dico, quia turpiter vtitur illis.  
 Scorta alit, ignauamq; gulam, lenasq; dolosas  
 Conducit, pretio pueros corrumpit auaros:  
Ag greditur donis, si qua est paupercula virgo:  
 Viq; sibi indulgens quocunque libido suasit,  
 Efficiat, leges hominum pariterq; deorum  
 Iusq; pium quæ nihil curat. quod si sit auarus,  
 Heu quid non audet sceleris? lupus iste cruento  
 Ore furens, nulli non insidiatur ouili:  
 It præceps, quocunq; rapit scelerata cupido.  
Intolerabilis nil est quam diues auarus,  
Quam stultus locuples, quam fortunatus iniquus.  
 Aut igitur pecudum ritu carnalia tantum

Gaud

10

20

- Gaudia seculatur, sibi noxijs atq; crumenæ:  
 Aut parto nimirum parcens, fit Tantalus alter.  
 Congregat, & nescit cui congreget. viq; solet sus;  
 Non sibi, sed multis alijs sese ipse saginat,  
 Qui max diripiunt longo cumulata labore.  
 Vnde patet non esse bonas, quas cunq; sceleris  
 Diuitias habet. at si sit robustus & acer,  
 Quid faciet? crebro rixabitur, & violentus.  
 Nunc hunc nunc illum ledet, plerunq; sequetur  
 10 Militiam, aut latro fiet: quod more ferarum  
 Crudelis, cede atq; alieno sanguine gaudet:  
 Arma & bella ferox, sceleris, non laudis amore,  
 Diligit. vnde suis damnum feret atq; pudorem.  
 Corporeæ vires, mente ac probitate carentes,  
 Heu quam sèpe nocent homini, quam tèpore paruo  
 Durant, quam raro ad primam venere senectam,  
 Sed quid opus multis percurrere singula verbis?  
 Hæc possunt exempla satis benè pandere verum.  
 Nunc operæ pretium est, solerti inquirere cura,  
 20 An iustus sancti q; mali contingere quicquam  
 Posit, vt à multis dici crediq; videmus.  
 Ardua res certè, tamen hanc audacter adibo,  
 Fretus ope Aonidum, & Cyrrhei numine ratis.  
 Principio quisquis bonus est, sit sanus oportet  
 Mente animoq; licet gravis & ro in corpore lágior  
 Sceniat, & vario vexentur membra dolore:  
 Ne rectum illi iudicium, ne recta voluntas  
 Deficiat. namq; his sine vir bonus esse, piusq;

Nemo

Nemo potest: duo virtutis fundamina sunt hæc:  
Talis homo quæcumq; tenet, rectè virtutur illis:  
Atq; ideo bona sunt, doctrina, pecunia, vires  
Illius, & demum quæ possidet omnia: namq;  
Maxima pars rerum bono vel malo fertur ab r̄su.  
Et si cura hominum dij immortabilibus villa est,  
Præcipue hi debent iustosq; piosq; tueri:  
Quod si non facerent, diui ratione carerent,  
Nec sacris essent digni, nec thure, nec aris.  
Quare non video, qua lædi parte bonus vir,  
Quid' ue mali vel mente pati vel corpore posſit:  
Cūm Deus hunc amet & foueat, dextrāq; potenti  
Propugnet, tutumq; omni discrimine reddat.  
Nam quis non iuuet, aut quis non tueatur amicum,  
Quandocunq; potest, si verè diligit illum?  
Sed tamen interdum iustus miser esse videtur,  
Pauperiemq; pati & morbos casusq; sinistros:  
Cūm non sit verè iustus sed hypocrita: quales  
Inuenies paſsim multos, qui pelle ſub agni  
Vipereum celant virus, moresq; luporum,  
Et ſolidos ficta virtutis imagine falunt.  
Proinde Deus, cui corda patent, arcanaq; mentis,  
Hunc non custodit, nec amat: nos pectore crasso  
Et cerebro insulso, decepti ab imagine recti,  
Tūc iustū mala multa pati, & miserū esse putamus.  
Heu quām ſaþe hominū falſa & ſtulta inueniuntur  
Iudicia, & quām mens humana eſt nescia veri:  
Quisq; ſibi placet, & sapiens ſibi quiſq; videtur.

Hinc

19

20

Hinc risum excutimus superis, hinc plurimus error.  
 Esto tamen, iustus morbos patiatur, agatq;  
 Despectam in tenebris & paupertate pudenda,  
 Eiectus patria, vel clausus carcere vitam,  
 Atque alijs etiam vexetur casibus, esto:  
 Propterea malum patitur? non. quippe ferendo  
 Talia, fit melior, fit clarior: omnia iusto  
 In melius cedunt, iussu Iouis. vtq; medentes  
 Sepe aloen aegris adhibent, succosq; molestos,  
 10 Quo fiant validi, & pulso languore resurgent:  
 Sic plerunque Deus iustos exercet, vt ipsos  
 Excitet, atque magis virtuti incumbere cogat.  
 Vtq; homines reddit stultos, prauosq; voluptas:  
 Sic dolor ad mentem reuocat, vitiumq; coercet,  
 Criminibus frenum, calcar virtutibus addit.  
 Nonne vides, igni fieri pretiosius aurum?  
 Vberiusq; solum præduri dente ligonis?  
 Et putrescere aquam, que non fluit? affice, ferrum  
 Pulchrius est vsu, cessans rubigine sordet.  
 20 Multa igitur sunt que aduersis agitata nitescunt:  
 Presertim virtus, que in rebus clarior atris  
 Perspicitur, velut in tenebris magis enitet ignis.  
 Quare aut nil prorsus patitur bonus, & pius: aut si  
 Quid patitur, parit hæc illi patientia lucrum,  
 Fertq; illi, sit amara licet, medicina salutem.  
 Et ne quis fortasse putet me fingere nugas:  
 Res eadem que rni prodest, quandoque venenum  
 Est alijs. sic nonnullis sunt noxia rina,

Atq;

Atq; caro, sic nonnullis absynthia profund.  
 Sic calor ipse niuem, ceram, glaciemq; resolut:  
 Argillam contrà durat, sic talia multa,  
 Diuersos pariunt diuerso in corpore fætus.  
 Et quoties usdem verbis hic ridet, at ille  
 Contrà tristatur, vel mota bile tumescit?  
 Non eadem cunctis eadem sunt: Bacchus acescit  
 Egregius, si tu virtuosa in dolia mittas.  
 Nimirum sanis sunt omnia sana: sed aegris,  
 Quæ bona sunt, quādoq; nocent, lethumq; minātur. 10  
 Sic ergo (ad nostrū ut redeam) mala corporis, atq;  
 Spicula fortunæ, sunt perniciosa scelestis:  
 Expediunt verò iustis, profundq; nocendo,  
 Sufficiant ac dicta tenus: iam claudere librum  
 Musa iubet, Chironq; vocat, qui scribere mores  
 Humanos cupit, & sacraria pandere ritæ.  
 Quocirca est operæ pretium, me linquere cantus  
 Aonios, tacitumq; sacris r. quiescere syluis,  
 Pieridumq; tholo citharam suspendere, donec  
 Tempora prætereant hæc pessima, tempora multum 20  
 Deploranda: quibus procerum discordia totam  
 Nititur Italiam bello vastare superbo.  
 Vnde suos queritur direptos Roma penates:  
 Narnia, Ticinum, Melfis sensere ruinam:  
 Vnde & Parthenope, Sirenis clara sepulchro,  
 Nunc sua Gallorum manibus pomaria cernens  
 Vastari, heu tristis gemit ad Sebethidas vndas.  
 Quid memorem risce cælo miracula flammæ

vinc

Vincentis splendore diem? tristesq; locustas  
 In morem nebulae nitidum pretexere solem?  
 Et teneras auido segetes abrodere morsu?  
 Quam multas miseranda fames, miserandaq; pestis  
 Ciuib; exuerit, vacuasq; reliquerit urbes?  
 Quot loca diluuijs propre desolata videntur?  
 Heu mihi quam iustas de nobis numina poenas  
Sumunt, nam sceleris quid non committimus? aut quid  
Injusticia est usquam? quis amor cultusq; deorum?  
 10 Religio, aucupium facta est: cœlestia venum  
Omnia nunc dantur: violantur sacra prophanis  
 Lenonum manibus: tamen hæc spectantiq; tacentq;  
 Magnifici reges, & Christi prorsus honorem  
 Nil curant: sic nos miseros idola gubernant?  
 Ergo ibo interea, & Parnasi in rupibus altis  
 Donec Musa iterum iubeat me exire, latebo.

## L I B E R I X.

SAGITTARIUS.

**D**VC ESCIT, iam Musa satis requie-  
 uimus antris  
 castalijs: agedum plectro, cytharaq;  
 resumpta,  
 effice concordes neruos, solitoq; fauore  
 20 Antiquum cane Diua melos, bona carmina menti  
 Sint ubi, que quondam blandus dictabat Apollo  
 Laurifera in sylva, Permessi ad fluminis vndam.

q Nos